

**S**piritus sancte deus: miserere nobis. **D**ñe sanctus creatus eterne deus. qui substantialis et coeternus patri filioque existens. ab eis inenarrabiliter procedens. quique super eundem dominum nostrum Iesum Christum in columbe specie. et super sanctos apostolos tuos in igneis linguis descendisti. depelle a me quod tenebras totius erroris et ignorantie. et accede in me lumen misericordie: et ignem sanctissimi et suauissimi amoris tui. **Q**ui cum patre et filio vis. et regis. **A**d sanctam trinitatem.

**S**ancta trinitas vnus deus. miserere nobis.

**D**ñe omnipotens eterne ineffabilis: sine fine. et absque principio. quem vnum in trinitate. et trinum in vnitatem confitemur. te laudo. te adoro. te glorifico. tuorumque misericordiarum clementie gratias refero. quod me existetem in nocte totius erroris et ignorantie voluisti fieri principem gratie et misericordie tue. perfice in me queso ceptum opus misericordie. et gratuito me vbi que pietate custodi. et fac me peccatorem semper cogitare loqui et agere que tibi placita sunt. et post

hunc vltimum terminum ad tuam visitationem factas pervenire. **Q**ui in trinitate perfecta vivis.

**C**um volueris ire dormitum dic **R**atias ago tibi domine sancte pro omnipotens eterne deus. quod me indignum famulum tuum non meis meritis: sed tua sanctissima gratia custodire dignatus es in hac die. deprecor clementiam tuam misericordissime deus. ut concedas mihi venturam noctem mundo corde et corpore sic pervasire. quatinus mane surgens gratum tibi valeam obsequium servitutis exhibere. **Q**ui vis.

**O**ratio valde bona: qua quicquid iustum peccatis impetrabis. et recitatur in ea omnia nomina dei.

**D**eus pro piissime christe iesu dulcissime. spiritus clementissime. non est deus o rex propter te. **T**u habitas o domine in incircumscripto lumine. eternum sine tempore. cum filio cum flamme. in trinitatis nomine. **S**anctus aue. **S**anctusque vale. **S**anctus quique salve. **T**u sedes super cherubin **A**bba pro. **B**enignus fili. **R**uba amboque spiritus. **D**eus deorum dominus exaudi me in dignum et peccatorem famulum tuum.